





Pra. 21. num. 14. #54

Q. D. B. V.

1723, 5. 19

DE

RATIONIBUS DE-
CIDENDI, PARTIBUS
A JUDICE COMMUNI-
CANDIS, VEL NON COM-
MUNICANDIS,

P 484

Occasione REGIAE Ordinat. Supremi Appellat. Tribunalis
Berolinensis, Tit. XLVIII. §. IV.

PRÆSIDE

JOHANNE WILHELMO
WALDSCHMIDT,

JCTO, ACADEMIÆ MARBURGENSIS PRO-CANCELLARIO ET
ANTECESSORE, REGIMINIS PRINCIPALIS CONSILIARIO,

DIE XVI. JANUAR. MDCCXXIII

IN AUDITORIO MAJORI AD LANUM, H. C.

PUBLICE DISPUTABIT,


A. & R.

ALEXANDER HENR. KLENCKE,

VÆSALIA - CLIVENSIS.

MARBURGI CATTORUM,

Typis PHILIPPI CASIMIRI MÜLLERI, Acad. Typogr.



RATIONIBUS DE
CIBENDI PARTIBUS
A JUDICE COMMUNI
GANDIS VEL NON COM
MUNICANDIS

Commissarius Rationis Ordinis Legationis Gandensium
Hollandiae, in Anno 1711
P R A E S I D E

JOHANNES WILHELMUS
WALDSCHMIDT

PHYSICUS AMBROSIIUS PRO CONSULTANTIO ET
MAGISTRO, NORMANNI TERTIIUS CONSULTANS

IN MEDICINA A. M. D. C. C. L. X. V. A. C.
P R A E S I D E

ALEXANDER HENRICH KLENKE
PHYSICUS - CLINICUS

IN MEDICINA A. M. D. C. C. L. X. V. A. C.
P R A E S I D E





DISSERTATIONIS,
DE
RATIONIBUS DECI-
DENDI, PARTIBUS LITI-
GANTIBUS VEL COMMUNI-
CANDIS, VEL NON COM-
MUNICANDIS,

Præfamen.



um multa præclare sancita & tradita ab
iis reperiantur, qui circa administratio-
nem Justitiæ, abusibus, seculi vitio inva-
lescentibus, vel, ut Legumlatores obicem
ponere, vel, ut Doctores, pro emendati-
one illorum, in medium consulere alla-
borârunt: haud scio tamen, an quidquam
magis salutare, aut gravius unquam pro-
latum sit, Oratione illâ, quâ Michaël Hospitalius, summus il-
le

A

le Galliarum Cancellarius, nomine Regis sui, Caroli IX. apud Thuanum *Histor. Lib. XXXV. ad ann. 1563.* Senatam Rotomagensem, de partibus officii, inter alia, sequentibus verbis admonuit: *Rex, senatoribus injungit, ut in munere suo recte riteque versentur, Edicta & Regias Constitutiones, ut jurisjurandi solennis formula fert, servant, nec, quod inveterato errore supremi iudices sibi licere putant, legem, dum interpretatione mollire conantur, cavillatorie detorqueant & enervent: omni affectu vacent, nec quidquam gratiâ, odio, aut præjudicio agant, denique castas & puras à sordibus manus ad justitiæ sacra afferant, nec litigatoribus eâ in re indulgeant, sed nec litem ex lite serant, ambages, tricas, & longa litium sufflaminata recidant ac contrahant, & ita agant, ut, quicquid egerint, ab omnibus conspici & cognosci velint. Neque tam de iis, qui Curie secreta ad Regem deferunt, conquerantur, quam diligenter caveant, ne quid hujusmodi fiat, quod ad Regem deferri debeat. Neque enim contra jusjurandum committit, qui ad Regem, quæ emendatione indigent, non animo obtrectandi, sed Reipublicæ subveniendi causâ defert. Profectò, quot verba, tot rerum pondera iisdem comprehendi, quilibet ultrò agnoscat.*

§. II.

Iisdem Prudentiæ Legislatoriæ & Justitiæ regulis superstructa est *ORDINATIO JUDICII CAMERALIS BEROLINENSIS*, in *SUPREMUM APPELLATIONUM TRIBUNAL* nunc erecti. Hâc, inquam, Ordinatione non minus, quam innumeris aliis Constitutionibus Regiis, à *FRIDERICO Sapiente*, Gloriosissimæ Memoræ *REGE*, olim promulgatis, in Terris, Sceptro Boruffico subjectis, ipso facto comprobatum est, emendationem

nem administrationis Justitiæ, non impossibilem esse, utut
 difficilis illa & cautè fuscipienda sit. (a) Idemque *Augu-
 stissimus* REX FRIDERICUS WIL-
 HELMUS, ut Legibus non minus armatum, quam
 Armis decoratum SE præstaret, Ordinatione Justitiæ (dem
Königlichen Justitz - Reglement) veluti primo Au-
 spicio Regio, anno 1713. promulgatâ, gloriosissimè perfecit.
 Pralaudatam Ordinationem illam Supremi Appellationum
 Tribunalis, cum nuper evolverem, ac dispositionem illius cir-
 ca rationes decidendi partibus litigantibus communicandas,
 paulò penitius considerarem, non tantum Hospitalii illud: *Ju-
 dici ita agendum esse, ut, quidquid egerit, ab omnibus conspici
 atque cognosci velit*, (b) in memoriam mihi revocavi, sed &
 animum induxi, *de rationibus decidendi, partibus litigantibus
 communicandis, vel non communicandis*, Specimine hoc Aca-
 demico differere. In evolutione thematis, ità versabor, ut
Sectione I. de rationibus decidendi, quas Jcti extranei, in II.
 verò *Sectione, de iis, quas ipse Judex concepit*, dicam, non
 equidem, quantum dici potest, fortasse tamen, quantum
 debet. Annuat proposito DEUS T. O. M. faveatque
 Lector!

A 2

SECTIO

(a) Sub quo lemmate, Illustris Thomasius *Ann. 1717.* eruditam
 Dissertat. edidit.

(b) Planè ut Ægyptii, referente Diodoro Siculo, *Biblioth. Hi-
 stor. Lib. 1. Cap. 48.* inter statuas suas, Prætorem Judicii ita formâ-
 runt, ut veritatis imaginem collo appensam, palàm præ se fer-
 ret.

SECTIO I.

DE

Rationibus decidendi, quas extranei JCTi conceperunt.

§. I.

Quemadmodum *ratio* est anima Legis, ita & Sententia Judicialis: Leges humana non aliter justam regulæ ac normæ alicujus mensuram adimplere valent, quam si *rationibus* nitantur, è perenni Juris Naturæ fonte petitis, aut salutis Reipublicæ, velut supremæ Legi Civili, attemperatis. Pariter & sententia Judicis, cum libello & actis judicialibus conformis esse debeat, justitiæ regulis haud conveniet, nisi *rationibus* suffulta sit, quibus in applicatione Juris ad factum, motus Judex, sententiam, eò modò, protulit, eaque rationes, regulis justitiæ conformes sint, tunc, inquam, Judex, prout Legibus, Constitutionibus, aut moribus proditum, rectè demum judicat. Nihilo tamen fecius, quod LL. intuitu Julianus & Neratius in *L. 20. & 21. ff. de LL.* profitentur: *non omnium, quæ à majoribus constituta sunt, rationem reddi posse, & ideo rationes eorum, quæ constituntur, inquiri non oportere, ne alioquin multa ex his, quæ certa sunt, subvertantur.* Idem fere JCTorum Responsis Seneca *Epist. 94.* objicere videtur, quando ait: *quid? quod etiam sine probationibus ipsa monentis auctoritas prodest? sic, quomodo JCTorum Responso valent, etiamsi ratio non redditur.* Ast enim verò, sicut *d. LL.* non alium sensum esse agnoscunt omnes, quam quòd observantia, Legibus debita, in materia in-

differenti

differenti, ab examine *rationum*, quibus nituntur, neutiquam dependeat, nec ideo, quia ratio non liquet, (c) nec probatur, obsequium legi denegandum sit, quodque adeo non vetaverint LLatores diligentiam in rationes inquirendi, sed proterviam, legis obsequium inde suspendendi, unice notaverint, (d) ita nec Seneca in mentem venisse, ac si Jctorum sententia *ratione* haud nitantur, aut niti debeant, quis non videt? quin potius integer d. *Epistolae* contextus satis ostendit, quod vel ad Laconicas sententiarum formulas (e) in Responfis ipforum

A 3

obvias,

(c) Quod anima Legis, sit *ratio*, sed illa, quae legis Auctori placuit, non, quam ratiocinator aliquis sibi excogitat, egregie illustrat sequens Plutarchi locus, *Lib. de his, qui sero à Numine puniuntur*, pag. m. 550. *Et Leges, quae ab hominibus ponuntur, non ubique habent rationem eorum, quae precipiuntur, illustrem, imo quadam videntur omnino ridicula, ut, quod Lacedaemone Ephori statim ab initio Magistratus edicunt, ne quis mystacem alat, & ut legibus obtemperent, ne spīs difficiles sint observatu; Romani, quos in libertatem viudicant, eorum corporibus stipulam tenuem injiciunt, & ubi testamentum condunt, alii scribuntur heredes, alii vendunt bona, quod videtur alienum à ratione. Alienissimum illud Socratis, qui in seditione neutri se partium adjungentem ignominia notavit. Et plane multa Legum absurda esse dixerit, qui auctoris mentem, & causam scriptorum singulatim non cognoverit. Nihilque magis ad rescivendam Imperii vim facere, quam si obsequium, Legibus praestandum, ab examine rationum dependeret, Taciti illud, *Histor. Lib. 1. Cap. 83.* confirmat: *Si, ubi jubentur, quarere singulis liceat, pereunte obsequio, etiam imperium intercidit.* Apud eundem *Annal, Lib. 1. Cap. 6.* verissimè pronunciatum: *Eam conditionem esse imperandi, ut non aliter ratio constet, quam si auri reddatur.**

(d) Conf. Huberi *Ennomia Rom. sub d. LL. & Traët. de Jure Civitat. Lib. 3. Sect. 1. Cap. 2. §. 19.*

(e) De quibus eruditas observationes congeffit, Dn. Kressius, Jctus Helmsladiens. Celeb. in *Dissert. de rationibus decidendi, in variis Juribus & Responfis Cap. 2.*

obvias, vel ad autoritatem, quam, nullâ licet ratione additâ, obtinebant, vnicè respexerit. Planè hodiernum *rationes*, quibus sententia nititur, quæque virtualiter eidem insunt, non necessario exprimendæ, aut communicandæ sunt, nisi Lex aliqua nominatim id requirat: quo pertinet id, quod in *Rec. Imp. Noviss. §. 61.* & *Almæ hujus*, nec non reliquarum Academia- rum, tantum non omnium, Statutis cautum est, quòd Collegia Jctorum, illis, qui acta transmissere, petentibus, *rationes decidendi* communicare teneantur.

§. II.

Utrum verò Judex, qui sententiam à Facultate aliquâ Juridicâ, Scabinatu, vel privatis (f) DD. conceptam, publicavit, *rationes decidendi* simul transmissas, partibus litigantibus communicare teneatur? quæstio est, quam si ex afferentium, vel negantium numero quis æstimare velit, horum sententiæ haud dubiè accedet. Nec diffitemur etiam, in plurimis Germaniæ Regionibus negativam usu receptam, quin & particulares rationes alicubi subesse posse, (g) quæ suadeant, communicationem illam denegandam esse. Quod si tamen illarum Germaniæ Regionum Ordinationes, in quibus communicatio istiusmodi *rationum* permiffa, paulò penitus inspiciamus, apparebit facilè, institutum hocce, regulis justitiæ & pru-

(f) Quod ultimum tamen, supra laudatâ *Regiâ Ordinât. Jussive de anno 1713, §. 50.* in Terris Borussicis, haud amplius permitti constat.

(g) Ita in illustri quòdam Regimine, cum de eodem instituto introducendò ageretur, dubium illud obmotum esse novimus, quoniam ibidem juris sit, transmissionem actorum, à partibus petitam, denegari non posse, vix quinquam in posterum causæ decisionem iudicibus ipsis permiffurum esse, siquidem cognoverit, rationes decidendi, quibus extranei fuerunt usi, communicari, quas Judex ipse concepit, non æquè.

& prudentiæ non adverbium, sed potius ad frivolas appellationes minuendas plurimum conferre. Id ipsum hac ratione demonstrare allaborabimus, ut primo Ordinationes nonnullas, quibus hoc institutum introductum, in medium producimus, dein in rationes illarum inquiramus, easdemque ab objectionibus, vulgò heic moveri solitis, liberemus.

§. III.

Inter Ordinationes istas primum merito locum occupat, quæ etiam, ut supra professi sumus, huic dissertationi occasionem dedit, REGIA *Supremi Appellationum Tribunalis Berolinensis Ordinatio Tit. XLVIII. §. IV.* ubi in hæc verba providè cautum: Die auswärtige Collegia Juridica, an welche Unser Cammer-Gericht Acten zum Spruch versendet/ haben bey Abfassung der Urtheil die rationes decidendi allemahl denen Sententien besonders beyzufügen/ und mit zurückzusenden/ von welcher denen Partheyen auf Verlangen/ gegen die Copial-Gebühr/ auch ohne deren Rätthe Verordnung/ von denen Proto-Notariis Abschrift zu ertheilen. His gemina Essendiæ (Civitatis, nexu clientelari Borussia REGI devinctæ) Statutis de Anno 1680. & 1685. artic. 19. introducta: (b) Es soll hinsichtlich kein Urtheil/ da ordentlich in Scriptis bey dem Rath procediret worden/ gültig seyn/ es seye dann/ daß Rationes decidendi beygefügt/ auch auf Erfordern/ denen Partheyen vor die Gebühr communicirt worden/ auch soll allemahl bey der Aussendung der Herr Referens sonderlich darüber erinnert werden.

Nec

(b) Quæ Statutorum Essendiensium excerpta, Viro Amplissimo Dn. Joh. Christian. Santeno, Jurium Doctorei Celeb. & Vassaliensium Consuli Gravissimo, in acceptis ferimus, quod ipsum inter innumeralia beneficia, à Dn. Cognato & Curatore Venerando sibi exhibita, Dissertationis A. & R. grata mente publicè hic profitetur & agnoscit.

Nec minus in *Ord. Process. Ducat. Magdeb. emend. cap. 47. S. 9.* dilertè provisum: Wann nun ein Urtheil bey Unserer Regierung/ oder in denen Unter-Gerichten publicirt/ sollen dabey sofort die rationes decidendi eröffnet/ und zu denen Acten gelegt/ keines Wegs aber biß nach Ablauf der Fatalien hinterhalten werden/ damit sich die Partheyen selbst verfassent/ wann die rationes decidendi denen Actis gemäß verfasset/ vom litigiren desto ehe abzusehen/ dererjenigen Bosheit aber/ welche vorzüglich den Process verschleiffen wollen/ desto empfindlicher bestrafft werden könne. Idem cautum in der *Sinter-Pommerischen Hoff-Gerichts-Ordnung Tit. 65. §. 6.* ibi: Wann man die Urtheil ab extraneo Judge eingehohlet und publicirt/ sollen die rationes decidendi auf eines und des anderen Anhalten alsofort publicirt werden. Vid. B. Stryckii *Usus Mod. ff. Tit. de re judic. §. XI.* Ne autem quis existimet, in Terris Borussico Sole calentibus hoc institutum, hic, illic, solummodò vigere, pratermittere non possumus, *Augustissimum Magna Britanniae REGEM*, in Terris suis Electoralibus, peculiari Rescripto jam año 1711. idem omninò constituisse; (i) in plurimis quoque Westpha-

(i) Ipsum Rescriptum Regio-Electorale heic subungere lubet: Von Gottes Gnaden/ *GEORG WILHELM*/ Churfürst etc. Råthe und Liebe Getreue; Demnach Wir aus bewegenden Ursachen gnädigst resolviret/ daß hinführo/ wann aus eurem Collegio entweder ex officio, oder auff der litigirenden Theile begehren/ Acta an die Universitäten geschicket werden/ die bey denen daher einlangenden Urtheil befindliche Rationes decidendi, wann ein oder ander Theil es suchet/ in Abschrift communiciret werden sollen; So begehren Wir hienit gnädigst an euch/ ihr wollet euch darnach achten/ und wegen soth-

Westphalia Urbibus, maximo Justitiæ commodo, & litium abbreviandarum compendio id ipsum usavenire.

§. IV.

Jam ad rationes hujus instituti, suasorias & justificas, ubi accedimus, easdem scopo & fini Judiciorum omni ex parte attemperatas, nullo negotio deprehendimus. Judicia enim non alium in finem magis instituta sunt, quam ut veritas eruatur, eaque inventa, *Suum Cuique*, sine ambagibus & quam citissimè fieri potest, sententiâ Judicis tribuatur, huic autem fini nihil æque repugnat, quam abusus appellationum longè maximus, quò illud frivolo prætextu sapissimè obtinetur, ut lis, quam avus cœpit, vix feri absolvant nepotes. Nihil magis vero, ad temeritatem appellantium refranandam, conducit, quam si exacerbati litigantium animi, mox publicatâ sententiâ, perspiciant, quibus *rationibus* motus Judex, ita, ut fecit, pronunciavit, hæc, inquam, si in jure & facto fundatæ fuerint, ipsa veritas, dicente Sophocle, *res præpotens*, partes litigantes, si quidem bonam fidem non planè ejuraverint, commovebit, ut a lite discedant, cernentes, quod nullam obtinendi spem habeant. Conf. Brunnemann. *Proc. Civ. cap. 27. num. 20. & seq. & Cent. V. Decis. 60. ubi præjudicium Arum. part. 2. Dec. 1.* Phil. Burekhardt de *novis Jurisprud. pag. 48.* Dn. Kressl. *d. dissert. cap. V. §. 10. 11. ubi in transtu mentionem hujus quæstionis ita injicit, ut in nostram sententiam haud obscure concedat.*

B

§. V. Quod

sohaner Communication, die Nothdurfft verfügen. Hanover / den 24ten Augusti 1711.

Georg Ludwig / Churfürst.

An die Justitz · Cansley.

D. Hattorff.

Quodsi etiam alteruter litigantium, eò vesania abripiatur, ut videns meliora, probansque; nullis tamen vel frivolis ex causis ad appellationem proruat, idem institutum ad hoc proderit, ut pars victrix *rationes decidendi*, sibi communicatas, libello supplici, pro Mandato de exequendo sententiam, jungat, easque Judici superiori ob oculos ponat, & sic, demonstrando, nullum gravamen subesse, efficiat, ut petiti processus appellatorii vel planè denegentur, vel relatio Judicis à quo, prius expetatur. Quo ipso longius in appellationis instantia litigium feliciter evitabit, & quæ, ex tela abusuum provocationis ad superiorem, nasci solent litium flamina & subtegmina, facilius abrumpet. Quin imò si vel maximè, ejusmodi nova (k) allegaverit provocans, quibus probatis, aliter pronuncian- dum esset; adhuc tamen, communicatio *rationum decidendi*, ad hoc proderit, quo appellatus, iisdem exhibitis, Judicem Superiorem tanto facilius moveat, ut loco processuum de-
cernendo-

(k) Non possumus non in transitu heic notare, quam solidè B. Dn. Ludolphus Hugo, in eruditissimo Tractatu de abusu appellatio- num tollendo & Camerâ Imperiali immensò earum cumulo levandâ, demonstraverit, injuriam fieri Judici à quo, liquidem Leges sub Mo- narchico Reipub. Rom. Statu natæ, inter arcana dominationis, ad mi- nuendam Magistratum auctoritatem, ac libertatem opprimendam, quon- dam adhibitæ, quales L. 37. C. de appellat. & L. 4. C. de tempor. appel- lat. adeò inconsultè hodiernum applicentur, ut appellantis, non de- ducta deducere, non probata probare, indifferetè permittatur. Cum tamen iudex à quo, coram superiore nullo modo redargui, nec pro gravamine contra eum allegari possit, quòd ea non præviderit, quæ pars provocans, excusso torpore, post sententiam demum animadver- tit. Præstare omnino, si quidem illis, qui citra culpam suam, cuncta merita causæ proferre impediti fuère, coram eodem Iudice restitutio- nem in integram petere unicè indulgeretur.

zernendorum, Judici inferiori modum præscribat, quomodo provocanti subveniendum sit, quam viam, ad lites abbreviandas utilissimam esse, cum Mevio *P. 2. Dec. 176. & seq.* Illustris Dn. de Ludolph, Assessor Camera Imp. Gravissimus, *System. Jur. Cam. sect. 1. §. 13. num. 18.* probè observavit, & in *Appendice VIII. num. 13. 39. 48. 55. 87. 104. 108. 113. 122. 129. 139. 141. 148.* notabilioribus sententiarum Camera-
 lium-formulis illustravit.

§. VI.

Consequens est, ut videamus, quibus argumentis dissentientes institutum hocce impugnent, quæque incommoda illa sint, quæ, ut ajunt, illud comitentur, eoque efficiant, ut litibus protelandis fomes suggeratur. Primum quod objiciunt, illud fere est, *rationes decidendi*, ab extraneis conceptas, partem actorum haud constituere, indeque nec partibus communicandas esse, eumque in finem non in eadem chartâ conscribi, quâ sententia continetur. Sentiet procul dubio L. B. aliquid equidem eos dicere, qui hæc causantur, itâ tamen ut rem ipsam nequaquam expediant. Utcunque enim non æque pars actorum, & hæcenus eodem modo utrique litigantium communia sint, quo scripta partium, decreta, protocolla &c. esse solent, inde tamen non sequitur, easdem partibus petentibus denegandas esse. Producta partium invicem communicantur, ut quælibet earum, tela adversarii excipere, & avertere possit, contra ipsam; imò, si sententiam legitimis remediis insurgere permittitur, cur celarentur fulcra, quibus eadem innititur? parum abest, quin hoc ipso remedia adversus sententiam quidem concedantur, via autem præcludatur ad detegendum, ex quo fonte gravamen profluxerit, num fortè referens in extrahendis facti circumstantiis, formando statu controversiæ, & applicatione juris ad factum, erraverit. Alterum

rūm, quod obijciunt, Carpzovii autoritate fati munitum credunt, ille in *Process. tit. 16. art. 1. num. 70. & seq.* quando asserit: *Sententię, rationem, non sine periculo & ansa litis protelandę inferi, quam primum enim Advocatus, contra quem pronunciatum, rationes animadverterit, nunquam non sententiam traducere, in dubium vocare, impugnare & evellere studebit, exinde natam esse disputationem de nullitate sententię ex falsa causa, pro ratione decidendi inserta &c.* Ast, quis non videt, Carpzovium de *rationibus decidendi ipsi sententię inferendis, unice loqui, de quo, quid sentiamus, infra profitebimur; interim fortiora sunt argumenta illa, & pro communicatione rationum decidendi ab extraneis conceptarum quoque militant, quę ex eodem Carpzovio Brunnemannus Proc. Civ. C. 27. num. 20. citat: Si iusta & sufficiens ratio decidendi existat, expressione ejus potius lites amputari, quam protelari, omnes fasturos esse, nisi enim partis litigantis, vel Advocati animus ab honestate & concordia plane alienus sit, pronunciato quod juri, justitięque rationi nititur, acquiescet; si vero ratio decidendi in ambiguo sit constituta, laudandos esse Assessores, quod illam non occultent, nec correctionem pronunciati submeant, si ratio inepta, expedire potius sententiam nullam dici, quam ut aliquis ex eadem indebitę patiat. &c.*

§. VII.

Ejusdem ponderis est tertium argumentum, ex eodem Carpzovio petiitum, quando enim ille *d. l. num. 86.* docet, *vix quęquam inficiaturum, Jctos, de juribus partium respondentes, si rationes sui decisi his aperuerint, ac per id consilium dederint, iisdem hoc ipso patrocinari &c.* Sublumunt inde contrarię sententię patroni, nec Judici licere, communicationem *rationum decidendi, ab extraneis transmissarum, partibus decernere; sive enim a Judice, sive ab extraneis eam obtine-*

obtineant, perinde esse. Verum enim verò manifesta utrobique subest disparitas: Collegium enim Juridicum, communicationi *rationum decidendi* ab uno litigantium petita, annuens, evidenti inaequalitati omninò ansam daret, hoc ipso quippe implorans magis instructus redderetur, quam ipse adversarius, qui tale quid nec petiit, nec petere fortè potuit; neque ad rem facit, aut inaequalitatem illam removet, si dicas, Collegium illud & alteri parti, communicationem istam reservare posse, etenim impartialium nomini & titulo, quo extranea Collegia designantur, haud convenire videtur, id negotii aut commercii cum partibus habere, sufficit illis, *rationes decidendi* Judici requirenti transmississe, à quo, partes, earum communicationem petere possunt, quod si & Judex easdem denegaverit, honestius tamen ipsis videtur, non omnia facere, quae pro parte, triumphante inprimis, facere possent, ad summum, iustionem Superioris sui desuper expectare (1). Quae cum ita sint, frustra etiam Lynckeri *Decisio 945*. pro contraria sententia allegatur, quippe quae itidem de *rationibus decidendi*, quas à Collegio Jctorum alterutra pars petierat, disertè loquitur.

B 3

§. VIII.

(1) Quamquam Brunnemannus *d. l. num. 22.* haec omnia non obstatè existimet, quo minus Collegium Juridicum *rationes suas* & parti communicare possit: *Ratio*, ait, *Carpzovii d. art. 1.* quia tum consulenti vices gerat, mihi non sufficit, aliud enim est consilium suggerere, aliud *rationes sui facti reddere*, & cur etiam Collegio non liceat consilium suggerere & parti consulenti respondere, postquam semel concepit sententiam, praesertim pro sententia, cum etiam Judex primae instantiae, in secunda, pro sententia postulare possit. Et petente parte *rationes à iudice, solet iudex eas petere à Collegio, & sic per ambas & sumus idem potest pars consequi.*

Majorem speciem ostentat illud argumentum, quod ex Recessu Imp. de anno 1654. §. *Ob es auch schon* 55. quarto loco obmoveri solet. Injungitur ibidem Judicibus, ut appellatione ad suprema Imperii Tribunalia interposita, cum actis clausis, *rationes decidendi*, seorsim obsignatas eò transmittant, simulque sancitur, ut in peculiari cistâ ibidem recondantur, usquedum Referens illis indigeat: inde verò concludunt dissentientes, si in provocationibus ad Archi-Dicasteria Imperii, Judex, à quo provocatum, *rationes decidendi*, proprio lino, propriâque cerâ munitas, transmittere tenetur, ita ut ab actis deinceps removeantur, solius Referentis usibus destinata, exinde sequi, quod nec Judicia Regionum Germaniæ summa aut inferiora, *rationes decidendi* ab extraneis obtentas, partibus litigantibus, servatâ licet æqualitate, communicare possint, quin potius iisdem tale quid denegare teneantur. Verum & hic salva res est. Imperator enim & Imperii Status, cum Sanctio illa Recessui infereretur, id tantum decidere voluere, quod Judices *rationes decidendi*, supremis istis Imperii Tribunalibus transmittere teneantur, de eo verò, num *rationes decidendi* ab extraneis transmissas, Judex partibus communicare vel denegare debeat, certè, ne cogitarunt quidem, cum ergo actiones humanæ ab intentione agentium dependeant, nec omne illud quis sentiat, quod ex verbis elici ullo modo potest, facile apparet, verba d. Recess. à dissentientibus parum congruè ad hanc quæstionem allegari, seu potius detorqueri, (m) ut adeò ex *L. 13. §. 2. ff. de excusat. tut.* ipsis

(m) Conf. Dn. de Ludolph, Gründlicher Unterricht wegen Unterhaltung des Kayserlichen Cammer-Gerichts pag. 127. ubi protocolum Deputati alicujus ad Comitâ ann. 1653. exhibet, in quo pag. 137. hæc

ipsis omninò regeri possit, *quoniam verba legis hunc intellectum præ se ferant, tamen mens Legislatoris aliud vult.*

§. IX.

Akt, instas fortè, in eodem tamen *Recessu* §. 131. sanciri: Es sollen auch Chur- Fürsten und Stände bey ihren Unter- Gerichten die Verordnung thun / damit / so viel möglich / bey denenselben die norma des Cammer- Gerichtlichen Processus observiret werde / jedoch mit diesem ausdrücklichen Vorbehalt / dafern bey solchen Judiciis ein anderer modus eingeführt / und biß daher beständig herbracht / daß es da bey sein Verbleiben haben solle / gleichwohl aber was von Abschneidung der productorum Weitläufigkeit oben gesehen / in acht genommen werden solle. *add. Recess. Deputat. de Anno 1600. §. 15.* Quemadmodum ergo Suprema majoris Reipublica Tribunalia *rationes decidendi* nunquam communicant, ita nec in Regionibus Germaniæ tale quid permittendum, sed æquum est, partem componi ad rationem totius. Fatemur ultrò, Judicia Imperialia, causâ per appellationem eò devolutâ, Judicem nunquam coactura esse, ut parti litiganti *rationes decidendi* communicet, quo minus tamen in Regionibus Germaniæ tale quid fiat, *d. Recess.* neutiquam impedimento est. *Idem, inquam, LLatores, Regionum Dominis,*

*hæc formalia leguntur: bey dem 16. Punct ist davor gehalten worden / daß übel versehen, daß die relationes oder cause decidendi verpitschert eingeschicket / und selbige in einer Truhe so lang aufbehalten werden sollen / biß selbige zur nothwendiger Verfassung der Relation dem Herrn Referenten zugestellet werden / sondern vielleicht besser / daß selbige nicht so lang aus Handen gelegt / sondern alsobald referiert werden mögten / damit der judex à quo (*legendum haud dubie ad quem*) sich so gleich informiren könnte / ob denen Parteyen / ferners in puncto appellationis zu verfahren / vergömet werden könne / oder nicht.*

minis, ad quos malorum & commodorum sensus citius per-
tingit, jus & arbitrium potius reliquere, omne illud in Terri-
toriiis suis liberrimè statuendi, quicquid ad lites minuendas ullo
modo facere possit; quid autem singulis Regionibus conducatur,
de eo angustia temporis & negotiorum multitudine impediti,
tum ne cogitarunt quidem. Utcunque ergò Judiciis Im-
perii Lex illa scripta sit, inde tamen adversus institutum
hocce, quod in Regionibus, in quibus viget, admodum salu-
tare esse, supra vidimus, nihil inferri posse, res ipsa loquitur.
Ut jam non dicamus, Mevium *p. 1. Dec. 201.* in materia ap-
pellationis, & *p. 2. Dec. 164.* sub exemplo Commissionum
decernendarum egregiè demonstrasse, ab observantia
eorum, quæ supremis Imperii Tribunalibus præscripta, in
Judiciis Regionum Germaniæ; salubriter quandoque re-
cedi.

§. X.

Hactenus dicta, satis, ut puto, evincunt, *REGIAM*
Berolinensem, aliasque *Ordinationes*, quibus communicatio
rationum decidendi, ab extraneis conceptarum, permittitur,
vel præcipitur, regulis Justitiæ & prudentiæ Legislatoriæ ex-
amissimam convenire. Illud verò res ipsa loquitur, circa sen-
tentiam, inquisito dictatam (*n*) ejusque *rationes*, magis cu-
stoditè procedendum esse. Quodsi enim territio realis, aut
verbalis, certusve torture gradus inquisito decreta, solidus
omniò foret iudex, si vel sententiam ipsam, siquidem in
illa, hæc definita, vel literas, aut rationes decidendi, in
quibus hæc restrictio continetur, inquisito integraliter præle-
geret,

(*n*) Officium Judicis circa sententiam, in causa criminali, ab ex-
traneis conceptam, pluribus delineavit Dn. Thomæus, in Dissertat.
de Judice sententiam in causis criminalibus latam, ab actis remo-
venit.

geret, ac communicaret, eoq̄ue perveraciac̄ delinquentis subterfugium panderet : Et quamvis Dd. ad unum omnes affirmant, quoties inquisitus, à sententia, in qua tortura ipsi dictata, ad novam actorum transmissionem provocat, *rationes decidendi*, prioris sententiæ, ipsi communicandas esse, vid. Brunnem. *Process. Crimin. cap. 8. num. 35. ibique alleg.* id ipsum tamen sub eadem limitatione intelligendum esse, ut hæc talia reo celentur, communis sensus unicuique facillè insinuat.

SECTIO II.

DE

Rationibus decidendi, ab ipso Iudice, sententiam ferente, conceptis.

§. XI.

Pergimus, secundum partitionem supra institutam, ad alteram Dissertationis nostræ *Sectionem*; ubi circa *rationes decidendi*, quæ Iudicem ipsum, ad sententiam ita ferendam, permoverunt, duo seorsim nobis consideranda veniunt: *primò*, an, & quatenus eadem ipsi sententiæ inferendæ? *secundò*, an Iudex *rationes* suas, separatim licet conscriptas, partibus litigantibus communicare teneatur? Quamquam enim REGIA *Supremi Appellationum Tribunalis Berolinensis Ordinatio*, cujus occasione tractationem hanc instituimus, heic nihil definiat, eadem tamen æquitatis & prudentiæ regulæ, quibus communicatio *rationum decidendi*,

ab ex-

ab extraneis obtentorum, nititur, fundamenta suggerunt, ad ea, quæ & hoc in casu vel praxis servat, vel Dd. statuunt, penitus examinanda. Ipsa verò thematis selecti amplitudo, ut & hanc partem non omittamus, jure suo postulare videtur. Primam ergo quæstionem quod attinet, abundè notum est, quam acriter Imola, Vivius, Capolla, pluresque Veterum contra Judicem, sententiæ rationes inferentem, declamaverint, adeò, ut fatuum eum dixerint, ac talem, cui non tam custodia veritatis, quàm voluntas litigantium cordi sit. Vid. Brunnem. *Process. Civil. cap. 27. num. 20.* Ast enim verò, utcunque recentiorum nonnulli, qui magis receptas sententias defendere, quàm veritatem eruere amarunt, eadem chordâ oberraverint, atcunque etiam ultrò concedamus, quoties *rationes*, Judicis religionem moventes, vel per se patent, vel prolixiores sunt, quàm ut sententiæ commodè inferi possint, imperiosam illius brevitatem, tadiosâ prolixitate omninò præstare. De cetero tamen, in ipso instituto *o*) nihil vitii latere, vel solæ limitationes illæ evincunt, in quibus dissentientes contendunt, Judicem ad hoc teneri, ut *rationes* sententiæ suæ inferat; quem in finem potiores casus, quos excipiunt, seorsim expendere, non abs re erit.

§. XII.

Primam exceptionem, à regulâ, quam sibi formant, sententiam sine rationibus proferendam esse, in eo collocant, si qui-

o) Tantùm quoque abest, ut à moribus Germ. id planè alienum sit, ut porius jam dudum olim in gravissimis causis rationes sententiæ inferas deprehendamus, exemplo sit sententia exauctorationis Imper. Adolphi N. Szwici, in *Chron. Colmar. pag. 58.* ac depositionis Wenzeslai, apud Goldastum *Constitut. Imp. Tom. I. pag. 379.*

fi quidem Judex à regula Juris, vel dispositione legis (p) recedat, Menochius *de præsunt. lib. 2. num. 81.* Brunnem. *Proc. Civ. d. l. num. 20.* B. Dn. Stryck. *Usus modern. ff. d. l. §. 10.* Quando autem Judici hanc necessitatem tunc nominatim incumbere asserunt, quoties expensas in sententia compensat, arg. *Novell. 82. cap. 10.* Gailius *lib. 1. Observ. 151. num. 23.* sub hoc exemplo, limitationem ipsam, paulò plenius expendere juvabit. Est nimirum indubitata juris regula, victum victori in expensas condemnandum esse, in tantum, ut, si hoc pratermiserit Judex, ipsemet eò nomine teneatur, *l. 13. §. 6. C. de Judic. l. 79. pr. ff. de appellat. add. Concept. revisæ Ordinat. Camer. part. 3. tit. 59. §. 9.* ubi dispositum, *expensas non faciliè compensandas, nec parcè nimis taxandas esse, Recess. Imper. de anno 1654. §. nicht weniger die Advocati 79. & §. würde aber achtens / 113. Recess. Visitation. de anno 1713. §. 59. 81. 82.* Quoties itaque Judex expensas compensat, toties à regula Juris communis recedit, & in exceptione se fundat; adeoque, secundum limitationem supra positam, rationes exprimere deberet, cur à regula secessum fecerit. Sanè B. Dn. Brunnemanno hæc tanti visa, ut in *Process. Civil. cap. 27. num. 79.* liberè profiteatur, *ad justitiam promovendam omnino expedire, si Judex remittens expensas, causas peculiariter exprimere teneretur, licèt communiter id non fiat.* Cujus judicio tantò lubentius heic subscribimus, quò certius, doctrinam Pragmaticorum de compensandis expensis, in ca-

C 2

sibus

(p) Ita Lauterbach, *Colleg. Theor. Pract. tit. de penis §. 32.* asserit, Judicem, quoties penam mitigat, causam, cur id fecerit, sententiæ adscribere; & quanquam *l. 6. ff. de appellat. l. 38. §. 7. ff. ad L. Jul. de adult.* quas allegat, id non probent, attamen, regula illa generalis, quoties Judex ob justam causam à dispositione Juris communis recedit, sententiæ rationes inferendas esse, eidem asserto subvenit.

sibus nonnullis examen haud ferre. Quando enim, cum Ant. Fabro, *Cod. Lib. 7. tit. 18. defn. 63. num. 2.* Carpzovius *Proceffi. tit. 24. art. 1. num. 63.* aliique statuunt, inter consanguineos & affines victum victori in expensas condemnandum non esse, eo quod jus consanguinitatis vel affinitatis praesumptionem remerari a litis non admittat, & cum praesumptio illa inter personas honestas cesset, id inter proximos sanguine junctos tanto magis obtinere debeat. Doctrinam hanc, (ipso Carpzovio fatente) debili fundamento niti, imò de Jure falsissimam esse. Illustr. Dn. de Berger *Oecon. Juris lib. 4. tit. 22. §. 3. nota 5.* pluribus confirmat, ubi Scabinos Wittebergenses anno 1691. ad interrogationem T. Reusings respondisse, memorat: *Es seye die von einigen Rechts-Lehrern ersundene Meinung / daß wider die gemeine Regul / die nahe Verwandten / wann sie gleich im Proceß succumbirt / mit Erstattung derer Unkosten zu verschonen / in den Rechten nicht gegründet / auch nicht abzusehen / warum ein Verwandter mehr Freyheit als ein anderer / jemanden mit unnöthigen Processen zu beschwehren / haben solle. (9) Pari modo, lite inter parentes & liberos agitata, & demum definita, Facultatem Wittebergensem, ad interrogationem Commiss. Mühlhusanae, in causa G. Höpfners contra S. Höpfner anno 1695. respondisse. (Add. Brunnem. d. l. num 78 ubi docet, nec bonam famam, victum, ab expensis liberare.) Hac, ut ad thesin nostram redeamus, & similia singularium opinionum diverticula, non tam facile sequeretur Judex, partibus quoque melius confuleretur, si quidem, quoties expensas compenfat, causas simul exprimere obstrictus esset: ipsa verò con-*

(9) Responsum hocce Scabinorum Wittebergensium, omni ex parte integrum, exhibet Hornius *Responsoy. Classe 12. num. 11. pag. 80.*

condemnatio in expensas (velut medium litigantium temeritatem coercendi longè certius, quàm juramenta calumniæ, & de non frivole appellando) explosâ crudeli, ac publicæ rei exitiosâ misericordiâ ergâ vitiligatores, frequentius in usum deduceretur.

§. XIII.

Altera limitatio criminalia attinet, in his enim sententiam, pœnam capitalem, aut corporis afflictivam continentem, *rationes decidendi* simul comprehendere debere, *Ordinat. Crim. artic. 190. & sequ.* (ubi Beyer in *post.*) non tantum provisum, sed & praxis, non sine gravi causa, idem observat, vid. Brunneman. *d. l. Gailius de Pace P. Lib. 2. cap. 16. num. 9. 10. 11. 14. 17. 18.* Lauterbach. *Colleg. Theor. Pract. tit. de re judic. §. 22.* Stryck. *d. l. Kressius d. Dissert. cap. 5. §. 1.* Matthæi (*r*) *de Crimin. pag. m. 732.* (vid. tn. supra *sect. 1. §. 10.*) Tertiam limitationem Brunnem. & Gailius *dd. ll.* in absolutoria ab observatione Judicii ponunt; quandoquidem verò *l. 13. §. 9. C. de Judiciis*, ad quam provocant, id tantum dicit, si Advocatorum culpa, triennium illud, quò de Jur. Rom. instantia perimitur, effluxum sit, id ipsum in sententia nominatim exprimens esse, rectius fortè hæc exceptio cum illâ conjungitur, quam Gailius *d. l. cap. 16.* addit: *rationes decidendi* tunc exprimendas esse, quoties ex causa inferenda exceptio rei judicata dependet, argum. *l. 18. ff. de except. rei judic.* Eodem recidere videtur, si cum Brunnemanno *d. l.* præfatam exceptionem ita explices: in sententia rationes tunc exprimendas esse, quoties illa diversos effectus habeat; id enim circa absolutionem ab instantia quàm maximè usuvenit. Finge, in-

C 3

(*r*) Idem Matthæi *d. l.* institutum hocce ex Legibus & Antiquitatibus Rom. pluribus illustrat.

ge, inquam, debitorem ideò absolutum esse, quòd probaverit, creditorem, de non petendo intra certum tempus, secum pactum esse, nisi sententia hoc in casu ità concepta fuerit, ut exinde constet, reum ob temporalem exceptionem tantum absolutum esse, actori id facillimè fraudi esse poterit, eò certè ipsum rediget, ut onus probandi id, quod replicando allegat, reum tantum ab observatione Judicii absolutum esse, in se suscipere teneatur. Pergunt Gailius & Brunnemannus *ad l. sententia & tunc rationes inferendas esse, quoties fama in eadem refervatur, (quod ipsum tamen in foris Germaniæ non semper observari, vel ea, quæ apud Klockium Vol. 3. Consil. 284. num. 54. 76. & 80. leguntur, satis ostendunt)* Nec minus, quoties infamia irrogatur, idem in sententia requiri, Gail. *d. lib. 2. cap. 19. num. 13. argum. l. 21. §. 2. ff. de his qui not. infam.* evincit, quanquam enim hic textus de missione militum ignominiosa tantum loquatur, attamen ob paritatem rationis rectè huc producitur. Idem in sententia excommunicationis, suspensionis, interdicti, desiderari, ex *capit. 1. de sentent. excommun. in 6.* constat.

§. XIV.

Pariter & decreto, quo, interpositæ provocationi ad superiorem, se locum concedere non posse, Judex inferior testatur, rationes denegationis inferendas esse, in *l. 6. ff. de appellat. recip. & cap. 1. de appellat. in 6.* disertè provisum est; add. Mevius *part. 1. Dec. 136.* Brunnemann. *ad l. un. ff. de libell. dimissor. num. 5.* nec finè causa, cum enim certi Juris sit, appellatorem regulariter audiendum esse, Jure meritò etiam Judex, à quo, apostolos refutatorios, ob qualitatem causæ, defectum gravaminis vel renunciacionem partis decernens, Judici superiori, rationes, cur à regula illa recesserit, ob oculos ponit. Optandum quoque foret, ut hoc remedio, ad refrænandas

frānandas temerarias appellationes, quā datā occasione omnes illi cordatē uterentur, quibus, ut *suum cuique* quān citissimè tribuant, sub jurisjurandi religione injunctum. Non aliud certē promptius suppetit remedium, quo temerariae ejusmodi appellationes in ipso velut partu suffocentur, quān si Judex, qui sententiam actis & Juri conformem pronunciauit, decreto, quo interposita appellationi, se deferre non posse significat, luculentas rationes inserat, è quibus Superior primo statim intuitu animadvertat, ob naturam causā, privilegium, vel defectum gravaminis, appellationi locum non esse. Id vero, si insuper habuerit, indeque Judex superior circumstantiarum ignarus, processus decernat, literis informatoris, (*Schreiben umß Bericht*) pro indole negotii, ne quidem petitis, sibimet imputet, quod temeraria provocationi, in tempore obviam non iverit. Haecenus adductis limitationibus Lauterbachius in *Colleg. theor. pract. tit. de re Judic.* § 21. denique & hanc addit, nisi quibusdam in locis speciatim receptum sit, ut sententiae *rationes decidendi* inserantur.

§. XV.

Quodsi igitur his omnibus perpensis, calculum ritè subducamus, ex ipsis limitationibus, earumque fundamentis, facile constabit, ipsam regulam invertendam, & itā potius formandam esse, Judicem, sententiae *rationes decidendi* inferentem nec injustè, nec imprudenter agere: indeque Brunne-
mannum in *Processu Civ. cap. 27. num. 21.* non sine gravi causa affirmasse; *utcunque Judex de Jure communi ad hoc non teneatur, l. 11. C. de R. C. l. 3. C. de fruct. & lit. expens. salubriter tamen constitui posse, ut in quavis sententia rationes exprimere, aut, si ob varietatem & numerum quaestionum fieri commodè nequeat, easdem seorsim colligere, & partibus communicare teneatur, eò quod pars victa, rationibus convicta,*
facilius

facilius cedat, aut ad minimum hâc ratione, id obtineatur, ut puncta illa, quæ in prima instantia jam discussa, in secunda ommittantur, & Judex appellationis, perspectis rationibus & fulcris prioris sententiæ, tantò facilius inveniat, quid pronuntiandum; quodsi etiam ratio sententiæ addita, inepta fuerit, expedire potius sententiam nullam dicere, quam ut ex ea damnum quis sentiat. (s) Quâ occasione nec illud omittere

(s) Addantur Joh. Oldendorpii *Progymn. Action. Forens. classè 7. act. 1.* ubi de eadem quaestione, verbis tamen acerbioribus quàm par, ita disserit: *Ineptissimè quidam sic colligunt, est quidem in sententiam referenda nominatim causa principalis, ob quam dicta fuerit, sed procedit tamen, si nullam habeat causam, l. quoniam hæc causæ ff. de suspect. tutor. Alii mox frigidam seffundentes adjiciunt in gratiam malorum Judicium, (absq; à nobis injuria) hæc sacrilegam vocem: factus est Judex, qui causam exprimit in sententia: quoniam fortasse ineptiam afferens, prodere ignaviam suam. Inde nata est clausula longè perniciosissima, aus dazu bewegenden Ursachen/ scilicet, ut statim cogites, Judicem dum sententiam diceret, in tertium cælum raptum fuisse, & multas habuisse rationes, quare sic pronunciaverit, quas tua mens non capit, ne interim suspiceris, illum actionem tuam, vel exceptionem prorsus non intellexisse. In summa, breviter dicam, tria sunt, qua corrumpunt Judicia hoc tempore, ut vel turvis Judicibus ac omnibus Causidicis, quantumvis optima fide rem gerentibus, nihil tamen habeant Juris & aequitatis, nihilq; minus, quàm Judiciorum nomen mereantur. Et quanto plus fuerint reformata, tantò magis discedant à recta iudicandi ratione: (1) in principio Judiciorum non exprimit actor nomen actionis, neq; reus caput exceptionis suæ, sicq; uterq; semper ambulat in tenebris, & Judici tenebras offundit: (2) in medio nullus est finis scripturarum, ad causam nihil pertinentium, quibus perlegendis vix hominis aures sufficeret: (3) in fine Judices non exprimunt causam sententiæ, veriti, ne ineptiam dicant. Interim securi pronuntiant ut volunt. Dic, rogo, insaniuntne omnes? Aut enim habent justam causam, ex capite actionis, & eam intelligunt, dic, car non adjiciant, ut & sibi, & litigatoribus*

mittere (z) possumus, in Regno Daniae simile institutum vige-
re, cum hâc tamen differentia, quod Judex ibidem non tan-
tum *rationes*, sed & legum capita in sententia exprimere te-
neatur, ita enim Autor des *Monatbl. Staats-Spiegels* (u)
de Anno 1699. Mense Aprili: Der König Waldemar hat nebst
denen Bischöffen und Senatoren die Dänische Gesetze so
deutlich zusammengetragen/ daß ein jeder/ auch Ohngelahr-
ter / sein Recht oder Unrecht daraus erkennen / und sein ei-
gener Advocat seyn kan. Wann einer will / kan er in der
D
wichtig

roribus satisfaciunt? Aut non habent, vel non intelligunt, quid igitur
in dubio pronunciant? Solve nodum hunc, si potes. Quæ singula, no-
stra equidem haud facimus, quod tamen propositam quaestionem atti-
net, Oldendorpii rationes haud dubie solidiores sunt, Philosophia illâ,
quâ Otto Melander (sub Ferdinando III. Consiliarius Cæsareus Aulicus)
quondam usus, de eodem argumento scribens: so wenig der medius
terminus secundum Aristotelem, oder argumentum tertium secundum
Ramum, conclusionem ingreditur / so wenig soll ratio sententia ipsam
sententiam, tanquam conclusum finale, ex actis resultans, ingrediuntur &c.
Vid. Acten-mäßige species facti, cum deductione Juris in Sachen der
Bischoffl. Speyerischen anmaßlichen prætenſion contra die Reichs-
Stadt Speyer/ wegen demolition der Festung Udenheim/ nunc Pht-
lipsburg genant/ ibique adjunct. Lit. B.

(r) Illud quoque superioribus addendum censemus, in sententiis
ab extraneis conceptis, *rationes decidendi* iisdem infertis, sepiſſimè de-
prehendi, & non ita pridem adhuc observavimus, Collegium JCtorum,
in ardua quadam causa, ad Judicem requirentem, scripsit: **es seye**
in der intricaten Sach die Sentenz also abgefasset / daß die ra-
tionen decidendi daraus zu ersehen.

(u) Postquam memoraverat, Corpus Juris Danici, das *Loh-Buch*/
idiomate Germanico impressum esse. Factum illud auspiciis Henrici
Weghorst, U. J. D. qui anno 1698. jussu *Regis Daniae Christiani V.* Cor-
pus illud Danici Juris, sive *Codicem Christianeum*, ex omnibus Regni
Legibus antiquis, Regiisque Edictis collectum, primum in sermonem
Latinum tranſtulit, in sequente verò anno, versionem illius Germani-
cam quoque edidit.

wichtigsten Sache / binnen Jahr und Tag / alle Instanzien durchgehen / und seine Sachen zu End bringen. Der Instanzien seynd drey / und werden in der zweyten und dritten die Partheyen zu keinem neuen Schrifft Wechsel zugelassen / sondern die acta ex officio untersucht / und der Spruch à quo, in welchem der Richter die Gesetze und *Rationes*, woryach er also gesprochen / anführen muß / schleunig *con-* oder *reformirt*. Und ob man wohl meinen solte / daß dieselbe Arth / ohne grosse Kosten zu processiren / die Unterthanen zu desto mehrerem Gerichts Zwang veranlassen werde / so ist doch solchem Muthwillen dadurch genugsam vorgebogen / daß die Streitsuchtige nach Befinden zu harter Straff gezogen werden.

§. XVI.

Restat, ut de eo adhuc dispiciamus, num Judex *rationes*, sententiæ, quam concepit, non insertas, partibus seorsim communicare teneatur? Pro affirmativa equidem, militare videtur, quod solida ratio differentiæ dari nequeat, quare Extraneorum *rationes*, partibus communicandæ sint, hæ non æquæ. Constat etiam in nonnullis benè ordinatis Judiciis, id ipsum Lege publica, injunctum esse, ac hodiernum frequentari. Quid Essentiæ hæc in parte constitutum sit, verba Statutorum supra adducta satis loquuntur: novimus etiam in hodiernum usque diem, sub poena nullitatis, sententiam ibidem publicari non posse, nisi Referens *rationes decidendi* prius consignaverit, eas quoque unà cum sententia partibus communicari. De Saxoniam Electorali, Dn. Wernherum, Antecessorem Wittebergensium Celeberr. audire juvabit, testatur ille *Observat. Forens. part. 4. Observ. 172. num. 3. 4. vigore peculiaris Mandati Regii, ibidem necessitatis esse, ut rationes sententiæ addantur, quoties vel libellus, ut ineptus rejicitur,*
(x) vel

(x) *vel sententia definitiva fertur. Addit, multum tamen referre, an ratio decidendi ipsi sententiæ, vel decreto inserta, an seorsim adjecta. Priori casu, ubi falsa fuerit, non tantum remedio suspensivo propterea locum esse, sed & talem sententiam, post decendum elapsam, ex capite nullitatis impugnari posse, teste Rivino ad O. P. S. tit. 38. enunciat. 3. Posteriori autem casu, rationes istas separatim spectari, nec partem sententiæ esse, adeoque adversus illas nec remedio suspensivo locum esse: ubi in transitu notamus, ultima citata observationis verba id sibi velle, rationes decidendi, seorsim consignatas, per se vires rei judicatae non consequi, & si vel maximè plus in illis determinatum, quam in sententia expressum sit, remedio tamen suspensivo adversus illas opus non esse. Conf. Dn. de Berger Oeconom. Jur. pag. 1039. Dn. Böhmer. Usus modern. Jur. Canon. tit. de re judic. §. 14.*

§. XVII.

Quicquid tamen ejus sit, abundè notum est, in paucis-
simis Judiciis tale quid usu venire, in reliquis verò, praxi tan-
tum non universali, diversum obtinere, & Judicem, Imperan-
ti quidem omni tempore *ὑπέσθινον*, partium verò litiganti-
um intuitu, *ἀνυπέσθινον* esse, quin & salva ipsius autoritate,
rationes decidendi, partes ab eodem exigere haud posse,
communiter existimari. Eoque intuitu, nec rationes æqui-
tatis, quæ allegari possent, rem conficiunt, cum in ejusmodi
negotiis æquum & justum esse possit, quod non est jus, planè
sicut moneta, optimi licet metalli, sed Principis imagine &
autoritate haud signata, moneta tamen est reprobata. Quòd
si verò quæstio sit, num conducatur, ejusmodi Legem introdu-
cere? sentiet haud dubie L. B. institutum hocce, illis prefer-
tim in

D 2

(x) Exemplum ejusmodi sententiæ, cui in casu rejectionis libelli,
tanquam inepti, rationes nominatim insertæ, Dn. Wernherus *part. 4.*
Observ. pag. 652. in Supplementis ad part. 1. Obs. 87. exhibet.

tim in casibus commendandum esse, in quibus, Dd. ceu supra vidimus, uno velut ore, Judicem adstringunt, ut sententiae rationes inserat. Quod si enim, tale quid, vel usus non ferat, vel prolixitas *rationum*, haud permittat, utilissimum omnino foret, si eadem partibus seorsim communicarentur, prouti supra deducta neminem dubitare sinunt. Illis verò causis, matrimoniales addendas esse, (y) complura persuadent.

§. XVIII.

In reliquis causis, ita Judex cordatus sententiam concipiet, ut, quoad possibile, ac stylus Curiae permittit, partes ex eadem intelligere possint, quibus ex *rationibus* religio ipsius permota sit. Eoque pertinent, qua Dn. de Lyncker, *Decis. 945.* sequentibus verbis, graviter non minus quam prudenter monuit: Wobey dann freylich nicht zu billigen / wann die Collegia ihre Sprüche dergestalt an sich selbst auf ein Geheimnis / und Reservation einrichten / daß die Parthie nicht weiß / wie sie sich helfen solle / und wie offer in denen Urtheilen vorkommt / daß die Klage / in maassen sie angebracht / nicht statt habe / item, wie gebeten / so abgeschlagen / dann wo anders es sich füget / daß der Parthey die Fehler zu versiehen gegeben werden / und man dasselbe eben nicht pro consilio, oder incentivo ad litem achten kan / daselbst dem publico, und oft armen Partheyen / auch Advocatis ingenius besser gedienet / daß man selbige nicht gar zu sehr ins weite Feld verweise, und hat billig ein Collegium mehr auf die Beförderung der Justiz nach seinem besten Verstand zu sehen / und sich desfalls mehr vor unzeitigem Meistern und

Durch

(y) Criminalibus enim comparantur, arg. *Cap. f. de Procurat. in 6.* & inter gravissimas ac periculosissimas causas referuntur, Brunnem. *Process. Civil. cap. 23. num. 28.* Meyius p. 2. *Dec. 364. num. 6.* indeque, matrimonium species servitutis esse, dicitur, Gailius *Lib. 2. Observ. 94. num. 6. 7.*

Durchziehen nicht zu scheuen / als durch Verdrückung der Nothdurfft / eine oder andere Parthie zapfen zu lassen / und auf eigene Reputation zu achten / daß man sich nicht jemand blos zu geben habe.

§. XIX.

Eodem pertinent, quæ *Concept. Ordinat. Camer. Part. 1. Tit. 22. §. 10.* quoad Decreta extrajudicialia, his verbis disposita: Wir ordnen und befehlen / wann umb Proceß supplicirt wird / und der Referenten Ermessen nach / an den narratis oder petitis etwas Mangel seyn solte / welches vom Supplicanten durch weiter suppliciren leichtsam verbessert werden möchte / daß sie / (die Assesores) alsdann den gewöhnlichen alten stylum auf vorgebrachte narrata abgeschlagen / oder wie gebeten / so abgeschlagen / oder dergleichen in Verfassung der Decreten observiren und folgen / auch NB. die abschlägige Decreta jederzeit dermassen begreifen / damit der Supplicant, woran der Mangel/in etwas abnehmen und verstehen möge. *Conf. Formule Decretorum Extrajudicialium, quas Dn. de Ludolph System. Jur. Cam. Append. VIII. subjunxit, additâ Sect. 2. d. Tract. §. 26. & Blumii Proceß. Camer. Tit. 64. num. 87.*

§. XX.

Hæc sunt, L. B. quæ, secundum Statuta & Jura hæcenus enumerata, de *rationibus decidendi*, à Judicc vel sententia inferendis, vel partibus seorsim communicandis, dissentare volumus. Dum verò institutum hocce ab iniquitatis, vel imprudentia notâ, quâ vulgo traduci solet, vindicare allaboravimus, (z) mores aliarum Civitatum, quibus, ex specialibus fortè rationibus, diversum obtinet, vellicare haud præsumimus, probè gnari, illa demum instituta & Jura optima esse, quæ Civitati, in qua observari debent, accommodata, & ad statum illius plenissimè directâ. Vicissim tamen nec objecti-

onem illam, quam supra jam tetigimus, moramur, magis scilicet optandum, quam sperandum esse, ut is, contra quem pronunciatum, perspectis rationibus, quæ vel Extraneos, vel Judicem ipsum, ad sententiam ita ferendam permoverunt, in iisdem acquiescat, quin potius metuendum esse, ne ob insanabilem litigandi cacoëthes, plurimos tenens, occasio inde arripiatur, ex *rationibus dubitandi & decidendi* nova tela contra sententiam fabricandi. Modò enim pœnæ temerariis litigiis præstituta, aut præstituenda, rigidè exigantur (prou de Regno Danie supra observavimus) de cætero, ob solum perverforum hominum abusum, institutum ipsum haud poterit contemni; ea enim rerum civilium fors & conditio est, ut vel saluberrimè excogitata, in abusum facilè trahantur, nihilque frequentius, quam ut injuriarum occasio inde nascatur, unde Jura nasci debebant, *L. 6. Cod. unde vi*, imò, ut Seneca verbis, *Natural. Quæst. Lib. V. Cap. 18.* finiamus: *nihil tam manifestæ utilitatis est, quod non in contrarium transferat culpa.*

T A N T U M:

COROE-

(2) Minimè omnium quoque Supremorum in Imperio Tribunalium observantiæ, ullà ex parte detrahere animum induximus, quin potius, quando Gailius, *de Pace P. Lib. 2. Cap. 6. num. 14.* testatur, in Camera Imperiali causam in sententia nunquam exprimi, excepto tantum casu fractæ pacis publicæ, id ipsum peculiaribus, coque gravioribus rationibus niti, ultrò fatemur. Interim tamen, præfatam Gailii regulam addè universalem non esse, ut non aliquando, præsertim in causis arduis, sententia ita concipiatur, ut *rationes decidendi* non obscurè inde elucefcant, recentiora præjudicia nonnulla, quæ in promptu sunt, confirmant.

CORRIGENDA.

Pag. 11. lin. 7. à fine, *contra ipsam imò si leg.* imò si contra ipsam pag. 12. lin. 2. *ille l. quando, l. quando l. ille.* pag. 19. lin. 5. à f. *profideatur l. profiteatur.* pag. 23. lin. 5. à f. post *vb. expens.* add. cap. 16. X. de sentent. & interloc.

COROLLARIA.

I.

Nominum propriorum restitutionem in ff. & C. fere inane laborem esse, rectè quidem observavit Cujacius, alicubi tamen id ipsum feliciter cessit, quo refero, quod in L. 21. §. 1. ff. de statu liber. loco verborum pactum ejus, legendum sit Pactumejus.

II.

In L. 26. ff. de Operis libert. loco verborum Medicus libertus, legendum esse Medicus Liberius, ingeniosa quidem est observatio, Florentinam tamen lectionem commodè retineri posse, existimo.

III.

Circa formam emendandi doli mali in contrahendis negotiis admissi, Excellent. Dni Noodtii, Præceptoris quondam mei Honoratissimi, doctrinam, singulari libro expositam, defendendam suscipio.

IV.

Vincens in possessorio, si postea in petitorio succumbat, fructus à tempore litis in petitorio contestata restituere tenetur.

V.

Præter Causas exheredationis in Novell. 115. expressas, alias æquè graves aut graviores, diversi generis, non admitto.

VI.

Lex Anastasiana, in Ducatu Clivie peculiari Constitutione ELECTORALI anno 1661. confirmata, in debitis liquidis & illiquidis pariter locum invenit.

VII.

Feuda Clivie, feminas ad successionem admittunt.

VIII.

Regnum Germanie, ratione modi habendi, ad tempora usque Conradi III. merè successivum fuit.

E

ACCLA.

ACCLAMATIONES VOTIVAE.

Quod nunc edis opus, DULCE DECUS MEUM,
 Divina *Themidi* perplacet optime,
 Dignumque egregiis plausibus enitet.
 Perstabit labor hic ære perennior,
 Durabit solidò marmore longior,
 Ascendetque situ pyramidum altior.
 Ergo non moreris, plurima quippe TUI
 Pars vitat cariem funeris asperi.
 Cresces laude recens, dum *Capitolium*
Astræ superas, FASCIBUS inclutus.

Generoso ac Nobilissimo Domino,
 ALEXANDRO HENRICO KLENCKE,
 LL. Candidato,

de *Eruditissimo Specimine Academico,*

quod

plurima cum laude edidit, &
 strenuè, & dextere, defendit,
 ex animo gratulatur

JOAN. CASPAR. SANTOROC,
 P. P. Acad. Marb.

Hat

Hat ehmahls Phöbus Gluth
 In heisser Brust gelodert /
 Ist je des Dichters Muth
 Zur Reim- Kunst auffgefodert /
 So ist es heut geschwehn /
 Daß man auff Verse dencke /
 Da wir Dich / Werther Klence /
 Auff dem Catheder sehn.

Hat aber je die Krafft
 Der Poesie gefehlet /
 Hat jemahls ein Verhafft
 Der Sinnen Trieb entselet /
 So ist's die Seltenheit
 Von Deinen Tugend- Gaben /
 Die wir zu preisen haben /
 Bey dieser frohen Zeit.

Du hast uns in der That
 Sehr deutlich schauen lassen /
 Daß dieses enge Blatt
 Dein Lob nicht möge fassen.
 Du selbst wirst nur allein
 Dich würdig können rühmen /
 Uns aber will geziehenen /
 Verwunderer zu seyn.

buch

E 2

Drum

Drum soll/ was unser Pflicht
 Zum Lob=Spruch zahlen wollen/
 Ein brünstig Wunsch=Gedicht
 An statt des Opfers zollen.
 Der Himmel schütze dich:
 Dein Heyl/ Dein Wohlergehen
 Soll Felßen= feste stehen/
 Gang unveränderlich!

Dein Ehren=Lorbeer sey/
 Gleich stark=gewachsenen Palmen/
 Von Unterdrückung frey!
 Nichts mag Dein Glück zermalmen/
 Weil Dich die Tugend führt.
 Du wirst nach Selbst=Verlangen
 In FÜRSTLICHE Landen prangen
 Mit Ehren=Preis geziert.

Zu Beobachtung ihrer Schuldigkeit /
 gratulire dem Herrn CANDIDATO

Des Herrn Profesforis SANTOROC,
 Sämul. Hauß=und Tisch=Gesellschaft.

Haud

Haud juvat hic, veterum pro consuetudine vatum,
 Castalias lymphas, confictaque numina, Musas,
 Poscere in auxilium. Facili mea pectine chorda
 Pracinit, ac ultro eantant mea carmina votum,
 Votum, quo voveo ventos, animosque secundos,
KLENCKE, **TIBI**, meus alter ego, quum laudis honore
 Conspicuis cathedras conscendis, & arte paratus
 Differis eloquio vario de *legibus aequi*,
 Et *Themidis decreta* doces immota manere.
 Perge **TUIS studiis**, sic **TE** super aethera tollent
 Propria *virtutis* decora, & comitantia habebis
 Præmia multa **TUIS meritis** dignissima tantis.

Ita Nobilissimo atque Doctissimo Domino
Candidato

ex sincero amoris affectu, cum voto omnigena
felicitationis applaudere voluit, debuit

GYILELM. DAN. d' ORVILLE,

LL. C. Mæno-Francofurtanus.

E 3

Poscit

Poscit Apollineum TUA DISSERTATIO metrum,
 Ut TUA, quæ mereris præconia, CARE SODALIS,
 Concelebrem, sed habet mea crassa Minerva, quod obstat,
 Quo minus Aoniâ valeam conscribere venâ
 Carmina, quæ *meritis* essent dignissima tantis.
 Versiculos igitur, tenui quos ludere avenâ
 Ingenii modulus concessit, fronte serenâ
 Accipe: non didici sublimia plectra movere.
 Lator & assiduus mens concipit ignea motus,
 TE quando video *cathedras* conscendere doctas,
 Pollentem studiis *Themidos*, Jurisquæ peritum,
 CUJUS in ore micat penitus, gaudetquæ renasci
 Gloria (*) *WUSTHUSII*. Fuero nisi vanus hæc aspeX,
 Haud eris inferior præclaris rebus avorum.
 Desino propterea votis, & gratulor ausis
 Egregiis, quibus hæc claret TUA pagina passim.
 TE maneant palmæ, nullâ per postera sæcla
 Tabe putrescentes, nec desint digna labore
 Præmia, quæ summos tribuent TIBI Juris honores

Ita Nobilissimo Domino Candidato ex animo gratulari voluit, debuit

ZACHARIAS GUSTAVUS GUILIELMUS
 NEUHAUSEN,

Hammona-Guestphalus, LL.C.

(*) S. T. DR. ADOLPHUS WUESTHAUS, Domini Candidati Avus,
 olim, dura in vivis erat, fuit Augustissimæ Domus Brandenburgicæ
 Consiliarius Regiminis Clivenfis & Marchici Intimus, cujus
 ab Joanne *Rapser* in *Parnasso Clivenfi*, mentio satis honorifica
 injicitur.

Fuefs

Fuofs huoffa meis defiderj tejs grand spiert da ludar
Meis Amj sch eug pür saxes la penna mia tschantar
 Tü tscherches *sapientia*, la quala da blers tsupada
 Mo tü meis chiar amj lascha esser la tia brama
 A quela eir da tscherchiar, & quel' eir da furgnir
 Accio chiala fin cul cranz d' *honor* t'posses vestir.
 El qual eir sün la fin d' la Batalgia per tschert.
 Al tapfer d' Salomons d' honor vain be perdert.
 Il Tschel stov, eir tejs laud sün pedras marmor scriver
 Il spiert d' la sanct-ficatiun, deta tü posses viver.

Scrib. Marb. in Cattis,
 An. 1723.

*Ita Generoso ac Nobilissimo Domino Candidato
 in vernacula sua lingua animatus gratulatur*

NICOL. JAC. WITAL,
Sento-Rhæus. S.S. Theol. Studios.



Il s'agit d'un grand esprit de l'homme
 Mais dans son être il y a une autre
 Tu te cherches partout, la nuit de l'âme
 Moins tu cherches, plus l'âme est en toi
 A quel est de l'âme, de quel est de l'âme
 Accis chais au col d'un homme, l'âme
 Il qual en fin de la bataille per l'âme
 A l'âme, d'âme, d'âme, d'âme, d'âme
 Il s'agit de l'âme, de l'âme, de l'âme
 Il s'agit de l'âme, de l'âme, de l'âme

2. 1717
 2. 1717

La Grande et Nobilissime Université de
 in omnibus suis iuribus annuatim gratia
 1717

NICOL JAC WITAI
 2. 1717. 2. 1717. 2. 1717.



Marburg, Diss., 1719-24

ULB Halle
003 599 06X

3



→ OLSb. f
Nur 47 11 Stück vollständig





Pr. 21. num. 14. #57

6.

1723, 5. 19

Q. D. B. V.
DE

**RATIONIBUS DE-
CIDENDI, PARTIBUS
A JUDICE COMMUNI-
CANDIS, VEL NON COM-
MUNICANDIS,**

P 484

*Occasione REGIAE Ordinat. Supremi Appellat. Tribunalis
Berolinensis, Tit. XLVIII. §. IV.*

PRÆSIDE

**JOHANNE WILHELMO
WALDSCHMIDT,**

JCTO, ACADEMIÆ MARBURGENSIS PRO-CANCELLARIO ET
ANTECESSORE, REGIMINIS PRINCIPALIS CONSILIARIO,

DIE XVI. JANUAR. MDCCXXIII.

IN AUDITORIO MAJORI AD LANUM, H. C.

PUBLICE DISPUTABIT,

A. & R.

ALEXANDER HENR. KLENCKE,
VÆSALIA - CLIVENSIS.

MARBURGI CATTORUM,

Typis PHILIPPI CASIMIRI MÜLLERI, Acad. Typogr.

